Fig. 22. Eine solche Zelle mit Jodine behandelt; sie hat sich im Ganzen zusammengezogen.

Fig. 23. Eine ähnliche Zelle mit Zucker und Schwefelsäure behandelt.

Fig. 24. Späterer Entwicklungszustand der Endospermzellen. Die Zellstoffhülle ist bereits abgeschieden.

Fig. 25. Eine derartige Zelle mit Jod und Schwefelsäure behandelt, der Primordialschlauch noch in der Loslösung begriffen; die Zellstoffhülle schon blau gefärbt.

Fig. 26. Eine gleiche Zelle mit Zucker und Schwefelsäure behandelt.

Fig. 27 a und b. Zellenstücke von *Cladophora glomerata* im Beginn der Theilung. Auf den Rand eingestellt.

Fig. 27 c. Ein abnormer Theilungszustand, wie sich solche häufig finden. Die Falte des Primordialschlauches ist beinahe bis zur Mitte der Zelle vorgedrungen, ohne dass die Abscheidung vom Zellstoff begonnen hätte.

Fig. 28. Aehnlicher Entwicklungszustand wie Fig. 27 a und b. Die Zelle als Flächenansicht eingestellt, so dass man die Primordialschlauchfalte als eine über die Zelle verlaufende einfache Linie gewahrt.

Fig. 29. Gleicher Entwicklungszustand nach der Behandlung mit Zuckerlösung.

Fig. 30. Zellenstück von der obigen Pflanze, bei dem die Abscheidung der Zellstoffhülle bereits begonnen hat. Genau auf den Rand eingestellt.

Fig. 31. Ein gleiches Zellenstück, so eingestellt, dass man die über die Zelle verlaufende doppelt contourirte Scheidewand erblickt.

Fig. 32. Desgleichen mit Chlorzinkjodlösung behandelt.

Fig. 33. Desgl. nach Behandlung mit Jod und Schwefelsäure.

Fig. 34. Weiter vorgeschrittener Theilungszustand nach Behandlung mit Zuckerlösung.

Idar, im Fürstenthum Birkenfeld. Dippel.

Genera Lichenum aliquot nova proponit et describit A. B. D. Prof. Massalongo.

Spolverinia Massal. Sched. crit. pag. 18.

Apothecia in crusta aliorum lichenum vel in saxis nudis parasitica, punctiformia, arciminutissima, gelatinosa, arida convexiuscula depressa patellaria, madefacta turgescentia verrucaeformia globularia, sphaerica, excipulo destituta; nucleus proligerus mucilaginosus, perymenio fusco crassiusculo celluloso (excipuli vice) undique cinctus. Asci cystiformes ampli absque paraphysibus ac lichenina, 1—2-spori, amphithecio gelatinoso incolorato circummuniti, hypothecioque chlorochryso-gonidiis imposito, impositi. Sporidia ovoidea magna primum

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr05971-0283-6

diaphana, dein crocea unilocularia s. nucleo oleoso-nubiloso-granuloso repleta, coryzinaque lutescente obvoluta.

Observatio. Hujus generis nomen tantummodo edidi anno superiore 1855 in meis Schedulis criticis pag. 18. et jure statui novam tribum *Spolveriniearum*: nullus enim lichen tam singulari praecipuaque gaudet structura. Equidem apothecia vix cernuntur oculis non adjutis, instructi vero inspicillo eoque peracuto videntur vix magnitudinis apicis aci subtilissimi — quum sunt arida scutellae formam praeseferunt, et sunt cavata et quodam quasi margine hornata, madida turgent et globosiuscula fereque sphaerica evadunt, excipulo carent, ejusque loco veluti in *Sphaeronema* extat membrana, idest perymenium *) quod est cellulosum (!) et fuscum, cellulis polygonis inaequalibus efformatum, dum in *Sphaeronaemis* est anistum. Perymenium operit et obvolvit constanter nucleum proligerum integrum, quare hic lichen ad angiocarpos est referendus. Nucleus constat e gelatina achromatica, aquae avidissima, quae veluti amphithecium ascos circumducit, qui sunt praegrandes, cystiformes et breviter leviterque stipitati, duobus tantummodo sporis foetis, innixi hypothecio mucilagine referto ac chloro-chrysogonidiis immixti. Sporae initio diaphanae, tandem processu temporis croceo-aurato colore inficiuntur, uno tantum loculo oleoso instructae, eoque irregulari maculis resperso plura blastidia referentibus. Etiam sporae ipsae in ascis natant coryzina crocea praedistincta. Arbitror hoc genus ab omnibus excipiendum, ab iis etiam qui suis forte tantum creationibus fidem adhibent.

Inscribitur eximio illi poetae Veronensi Spolverinio qui tam eleganter cecinit *Oryzae* cultum.

Spolverinia punctum Massal.

S. apotheciis castaneo-cervinis, in sicco concaviusculis, madefactis sphaericis. Sporae ovoideae diam. long. mm. 0,0566 usque 0700, transv. mm. 0,0244 usque 0366.

Habit. Ad saxa nuda vel in thallo crustaceo multorum lichenum, in prov. Veronensi (Velo), saepiusque observavi in lichenibus

---

*) Haec membrana reperitur etiam i disco fere omnium lichenum gynocarporum, in puibus nomen accipit epithecii: in iis vero discum solum operit, dum in nostro lichene inferius etiam descendit ubi reperiri deberet excipulum, cujus locum gerit. Nec tamen protest cum excipulo confundi, ideoque videtur necessarium cum distinguere nomine speciali: quapropter Perymerium appello, hoc est membrana quae undequoque circumfertur,

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05971-0284-2

Germanicis ab amiciss. Körber et Krempelhuber commodatis.

1856. Veronae die XV m. Januarii.

Tomasellia Massal.

Apothecia hypophloeodica aggregata numquam solitaria, minuta verrucaeformia, excipulo proprio carbonaceo corneo subtus deficiente instructa, omnino immersa, tandem emerso-sessilia vix pertusa, sarcothecio carbonaceo atro communi recepta. Nucleus amylaceo-farinosus. Asci clavati 8-spori absque paraphysibus et lichenina amphithecioque gelatinoso-farinoso incolorato obvoluti: sporidia constricto-didyma bi — quadrilocularia elliptico-claviformia. Thallus uniformis vix conspicuus, hypothallo atro irregulariter limitatus.

Observatio. Hoc genus innititur meae *Arthopyreniae arthonioidi* Ricerch., speciei ut communi in *Fraxino* regni Veneti, ita pulcherrimae, et observationibus accuratissimis dignae. Ut appareat quanta aequitate statutum hoc genus sit, satis erit considerare qua sint structura ejus organa generationis.

Apothecia numquam solitaria, sed semper quaterna, sena, dena aut duodena, simul arcte conjuncta communi sarcothecio, quod omnia superne ac inferne obvolvit, ut observare est in *Parmentariis*, *Pyrenodiis*, *Melanothecis*, *Pyrenastris*, *Astrothectis* (nec non alia ratione in *Trypetheliis*, *Glyphidibus*, *Chiodectis*) etc. etc. Multa tamen occurrunt, quibus hoc genus ab aliis dictis discriminatur. Ea sunt: singula apothecia muniuntur speciali corneo carbonaceo perithecio, quod superne obtegit, inferne vacua relinquit, ut in *Verrucariis* genuinis, ita ut hypothecium, quod nucleum proligerum gerit, incumbat communi sarcothecio: eorum autem unumquodque ab aliis omnino dividitur per substantiam sarcothecii obvolventis, nec eorum intima pars communicat vicissim ulla ratione, quod potissimum hoc genus a majori praedictorum numero secernit, ne dicatur de sporis, quae tantopere differunt.

A *Parmentariis* autem distinguitur defectu axis centralis et paraphysum et forma sporarum, quae in meo lichene biloculares sunt, et ut in caeteris *Arthopyreniis* quadriloculares aliquando fieri possunt. Non constat satis an hoc genus pertineat ad *Arthoniam* Friesii; invenio enim in ejus opere Systemate Orbis vegetabilis pag. 282 commemoratam *Arthoniam Fraxini*, quae fortasse cum mea specie posset coalescere, quamquam descriptio ab ipso Friesio exhibita „pseudo-peritheciis oblongis depressis subreticulatis nigricantibus“ cum mea *Tomasellia* non conveniat, quod genus hoc nomine inscripsi ut perennarem memoriam Abbatis

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05971-0285-7

Tomaselli e Suapio Veronensis agri oppido, qui exeunte saeculo XVIII plura edidit opuscula de re mineralogica, botanica, zoologica, ut tum ferebant tempora existimatione digna. Qui denique hoc genus improbent, cum *Pyrenulis* etiam *Parmentariam* conjungere debent, et uno genere conjungere *Pyrenodium*, *Pyrenastrum*, *Astrothelium*. Hic lichen quod ipse noverim unus est (excepto Chiodecton) ex europaeis munito speciali sarcothecio.

Tomasellia arthonioides Massal.

Syn. *Arthopyrenia arthonioides* Massal. Ricerch. pag. 169—170. Fig. 339.

Hab. Magna copia et ubique in regno Veneto ad truncos *Fraxini Orni*.

Veronae XXII Februarii 1856.

Mycetodium Massal.

(*Berengeria* Massal. Sched. crit. pag. 15.)

Apothecia pseudobiatorina primitus obconica dein subcapitata, brevi stipite, apicem versus in excipulum mutato, instructa, jamque primitus aperta. Lamina proligera gelatinosa pellucida versicolor, hypothecio gonimico cum apice podetiorum (in excipulum mutato) connivente, imposita, absque lichenina epithecioque crasso striato subanisto tecta. Asci lineares elongati creberrimi 8-spori, paraphysibus capillaribus intricatis granulosis subcoloratis obvallati, sporidia linearia aciformi-helminthoidea s. vermiformia, contorta, gelatinosa, hyalino-viridula, longissima, 30—80-locularia, utrinque obtusa. Thallus gelatinoso-leprosus effusus cum hypothallo confusus.

Observatio. In brevi strictaque diagnosi fieri non potest, ut characteres omnes comprehendantur novi iidem ac singulares hujus lichenis, quare satius est, eos exponere aliquanto enucleatius, ut lichenologi percipiant hujus generis aequitatem. Itaque thallus nihil exhibet extraordinarium, neque de eo verba faciam; apothecia vero nostram ad se mentem convertunt. Exeunt enim ab exiguissimis tuberculis, perfecte diaphanis, multoque magis si madent, colore exacte non definibili, sed ad subviride vertente. Corpuscula haec non sunt equidem apothecia, eaque injuria hoc nomine apellavi: sunt enim potius principia podetiorum, quae in posterum apothecia vera gignent ferentque. — Hoc statu examinata praeferunt axem centralem amplum fibris perexiguis intextis, coniogonidiis immixtis, ac mucilagine coloratae: omnia vero involuta sunt ac circumdata epidermide striata subanista, quae ad podetii radices confunditur cum substantia thalli. — Haec primordialia tubercula podetialia nullum

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05971-0286-3

ad apicem exhibent vestigium futurae laminae proligerae, cumque dumtaxat adoleverunt et elata sunt, ad duas fortasse tertias millimetri partes futuram prolem indicant, praeseferuntque ad apicem turgorem sensibilem colore vix differenti et exterius quoque visibili. — Valido microscopico cognoscitur, mucilaginem internam hujus verticis affectam esse colore croceo vividiori, et inter eam fibras immisceri quae possunt vix distingui, et alias judicari ab illis quae sunt in reliquo podetio, a quibus tamen cognoscuntur distinctae attenta observatione, coniogonidiorum frequentiorum praesentiam, quam in reliquo podetio. Coniogonidiorum hic pulvinus est hypothecii initium, aeque ac fibrillae supradictae initium sunt ascorum ac paraphysum, quae res omnino definiri non potuit.

Quum podetium ad millimetri altitudinem pervenit, vel paulo magis, mutationi novae subjicitur, ejus enim apex turgescit eo magis, et tunc epidermis operiens (epithecium) colorem fuscum induit, ita ut si ad duorum millimetrorum longitudinem pertingit, ejus dimidium hoc colore vestiatur non solum externe verum etiam interne, et mutetur veluti in quodam excipulum, ut videre poterit quisque diligenter hanc plantulam examinando. — Asci tunc maxime evoluti, fere longitudinis dimidii totius podetii, contorti, apice obtusi, basique attenuati, et sensim sensimque evanescentes, et podetiis fibris conniventes. Octo sporas exhibent vermiformes lineares longissimas, colore subviridi, in quibus numerare contigit 30 ad 60 nucleos parallelogrammaticos, et aliquando 80.

Igitur jure existimo hoc genus esse propositum, nullus enim lichen hujusmodi tamque singularibus characteribus pollet, et summopere gauderem (uti in meis Schedulis criticis 1855 proposui) id genus commemorari et ornari nomine mei perfamiliaris intimique equitis Adolphi Berèngerii, nemorum praesidis, deque cryptogamis alpium venetarum optime meriti, a quo primum Lichenologiae studio sum imbutus, primisque hujus scientiae elementis edoctus, nisi jam genus *Beringeria* Neck. a nonnullis receptum existeret, meo *Berèngeria* (non Trevis.) nimis affine.

Mycetodium calycioides Massal.

M. Thallus aeruginosus, leprosus, adglutinatus: stipitibus teretibus obconicis, brevissimis, pallide fuscis, pellucidis. Apothecia fusco-atra, minuta. Asci lineares elongati creberrimi 8-spori, paraphysibus capillaribus obvallati, sporae longissimae lineares vermiformes 38-loculares hyalino-viridulae, diam. long. mm. 0,1830 usque mm. 0,2800 tranv. mm. 0,00244 circiter.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05971-0287-9

Syn. *Berèngeria calycioides* Massal. Sched. crit. pag. 15. *Baeomyces* Delis! in Duby. Bot. Gall. pag. 636 II. — Schaer.! Enum. crit. pag. 183. — Desmaz. Pl. crypt. n. 1147!!

Hab. Ad muscos quos incrustat in Gallia, nec non in regno Veneto in nemore Montello (Massal.)

Veronae Kal. Martii 1856. (Continuabitur.)

Botanische Notizen.

* Ueber die Natur der Ranken und den Bau der Blüthe bei den Cucurbitaceen hat Naudin eine Reihe von Beobachtungen angestellt, aus welchen er folgende Schlüsse zieht: 1) Die Ranke der Cucurbitaceen entsteht durch die Umbildung des ersten Blattes eines fehlgeschlagenen und in den Grund des Blattstieles des rankentragenden Blattes eingesenkten Zweiges; ist die Ranke getheilt, so entsprechen ihre Aeste den Hauptnerven des Blattes; erscheint sie einfach, so ist nur der Blattstiel und der Hauptnerve desselben repräsentirt. 2) Das Vorhandensein des Zweiges lässt sich nur durch eine Verkettung von Usurpationen erklären, deren Gesetz noch unbekannt ist und die dem Stengel dieser Pflanzen einen höchst complicirten Bau ertheilen. 3) Der Kelch und die Blume der Cucurbitaceen stehen weder unter sich, noch mit den folgenden Wirteln der Blüthe in einem besonderen Zusammenhange. 4) Die Staubgefässe sind auf drei beschränkt, von welchen einer nur zur Hälfte entwickelt ist; sie bilden folglich einen unvollständigen, nur mit den constituirenden Theilen des Fruchtknotens symmetrischen Wirtel. 5) Der Fruchtknoten ist mehr oder minder tief in den Blattstiel eingescheidet, und nicht, wie man bisher glaubte, von der Kelchröhre bedeckt. 6) Die Blüthen der Cucurbitaceen sind nur durch Fehlschlagen eingeschlechtig, und diese Pflanzen müssen von nun an ihren Platz unter den *Polypetalae perigynae* erhalten. (Annal. des scienc. natur. IV. sér. T. IV. S. 17.)

* Ueber die Bildung der Wurzelzasern von *Sedum maximum*, *Fabaria* und *Telephium* hat Henry der Generalversammlung des naturhistorischen Vereins der preussischen Rheinlande und Westphalens in Düsseldorf Mittheilungen gemacht. Diese Wurzelzasern, die sich knollenartig verdicken, zeigen im oberen Theile einen einfachen Holzring, mit einzelnen Gefässbündeln vermischt. Dieser Holzring trennt sich in einzelne Parthieen, jeder Theil sucht sich zu einem Einzeln-Kreise zu vereinigen, was bald eintritt, und so findet man alsdann 2—6 solcher Einzel-Ringe die Masse der knol-

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05971-0288-5

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1856

Band/Volume: 39

Autor(en)/Author(s): Massalongo Abraham Bartholomäus

Artikel/Article: Genera Lichenum aliquot nova 281-286